

*Notandum.*

non possunt auferri. Id quoties euenit, auferenda inferior ex 10 semper, quod hinc relinquitur, adiiciendum superiori figuræ, summa hæc subnotanda. Verum cautè iam obseruandum est, vt unitas adijciatur figuræ inferiori proximè sequenti, atque dum deinceps ad finem secundum has leges progrediendum.

*Exemplum.*

Vt quoniam quarto loco nostri exempli 5 non possunt auferri ex 3, aufero illa ex 10, restant 5, quæ adijcio superiori, scilicet 3, fiunt 8, hæc sub quinque annoto. Iam verò sequenti inferiori addo 1, fiunt 7, quæ rursus auferenda sunt ex superiori 6 scilicet. At quoniam non possum (cum sit maior) subduco 7 ex 10, restant 3, quæ adijcio superiori 6, fiunt nouem, ea subscribo, atque iterum eandem ob causam sequenti adijcio 1, fiunt 8, quæ rursus (quia excedunt superiorem numerum) aufero ex 10, restant 2, hæc adijcio superiori, fiunt 4, quæ subscribo. Iam verò sequenti figuræ mihi adijcienda